Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

apparuit. et in eorum animo ita admiratione sui splendo
ris impleuit. ut nequaquam sibi crederent neglegendum
quod tanto nuntiabat indicio. Fecerat autem sicut res docuit.
huic miraculo gratia dei. et cum christi natiuitatem nec ipsa
adhuc bethleem tota didicisset. iam illis credituram
gentibus inserebat. et quod nondum poterat humano
eloquio discere. celo faciebat euangelizante cognos
ci. R. Venit lumen tuum ierusalem et gloria domini super te
orta est et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splen
dore ortus tui. V. Filii tui de longe uenient et filie tue de latere.
Quam uis autem diuine dignationis / resurgenti. Fr. ambyt.
esset munus ut cognoscibilis gentibus fieret natiuitas
saluatoris. ad intellegendum tamen miraculum signi po
tuerunt magi etiam de antiquis balaam pronuntiationibus
commoneri. scientes olim esse predictum. et celebri
memoria diffamatum. orietur stella ex iacob et con
surget homo ex israel. et dominabitur gentium. T uam.
R. Videbis. V. Inundatio. Tres itaque uiri fulgore in
soliti syderis diuinitus inuitati preuium micantis lu
minis cursum secuntur existimantes se significatum
puerum hierosolimis in ciuitate regia reperturos.
Cum hec eos opinio fefellisset. per iudeos scribas atque
doctores quod sacra de ortu christi scriptura pronuncia
uerat didicerunt. ut gemino testimonio confir
mati ardentiori fide expeterent. quem et stelle
claritas et prophetie manifestabat auctoritas. Tv.
R. Omnes de saba. V. Reges tharsis. ii. iii. A. Afferte domino.
Sed apparet illos carnaliter cum herode sapuisse
et regnum christi commune cum huius mundi potesta
tibus estimasse. ut et isti temporalem sperarent ducem.
et terrenum metueret ille consortem. Superfluo he
rodes timore turbaris. et frustra in suspectum
tibi puerum seuire moliris. Non capit christum regio